

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 194. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732717456/facsimile.pdf> (tilgået 23. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- 180 Gnathonibus injustis causam suam injustam vel donô, vel
dolô, tanquam specioso quôdam fuce obductam pro justa
obtinentibus.
- 183 Thesis IX.
Succedunt Idola Jeroboami Politica, quæ sunt vel Civilia,
vel Bellica, vel Œconomica.
- 186 Illa respiciunt vel Domum Judicii, seu Summi Juris,
vel domum Supplicationum, seu Grammatophylacium, vel
Ærarium, aliasque publicas Regni Jeroboamitici Sedes, ut
- 189 Regni bona, Sylvas, Arces, Prædia, Reditus.
Ista concernunt Apparatum Bellicum, Exercitum, Dis-
ciplinam militarem, conflictum Acierum, Stipendium mi-
litum et alia.
- 192 Hæc attingunt Curiam Jeroboami, seu Statum domesti-
cum privatarum ædium.
- 195 Thesis X.
Coluntur autem Idola Civilia vel à Rege ipso, vel à Mini-
stris Regiis. A Rege ipso, quando Rex Israël̄is alienis videt
- 198 oculis, alienis audit auribus, alienorum laborum Oraculis
respondit, alienis manibus regit atque administrat Regnum.
Hocinæ est prudens factum aut incertum, natives
- 201 Regni Proceres natalium splendore, verâque Nobilitate
claros, avitâ fortitudine celebres, atque Insignibus Nobili-
tatis Majorum illustres, tanquam περιήματα et Fungos é
- 204 Curia excludere, altô superciliô contemnere, negligere,
spernere? electis in horum locum atque ad supremum
honoris fastigium evectis Exoticis quibusdam nugigerulis,
- 207 Venatoribus, Læppis, Calonibus, fricti ciceris et nucis emp-
toribus, Agyrtis, Circumforaneis, Blateronibus, nugarum
Sicularum venditoribus, Adulatorum, Mîmorum, Mo-